

1. Calovius, Abraham: De natura et indole pacis
Religiosae Augustanae. 1655.
2. Coselius de Pegliuvrey, Henricus: De emptione et
venditione. 1655.
3. Lederer, Michael: Disputatio juridica in aequo.
continens quaestiones quasdam juris civilis
canonici et Saxonici. controversas. 1655.
4. Sperling, Johannes: De pulmone. 1655.
5. Strauch, Aegidius: De computo Thalmudico.
Rabbinico. 1655.
6. Strauch, Aegidius: De anno Graecorum Ecclesiastico.
Ed. 2. 1655.
7. Strauch, Aegidius: De computo Veterum Romanorum.
Ed. 2. 1655.
8. Inerus, Gottfried: De maiestate ejusque juri-
bus. 1655.
9. Inerus, Gottfried: De mandato, obligationibus quari-
ex contractu constituendis, omnibusque in genere
si solventis. 1655.

10. Suerus, Gottfried : De plegio Hungarico .
1655.
11. Suerus, Gottfried : De literarum obligacionibus,
emphite, locatione et societate . 1655
12. Suerus, Gottfried : De reliquis actionum et ju-
dicionum privatorum jure . 1655
13. Suerus, Gottfried : Theses seculares ad pacem
Religiosam de anno 1555. dissertationibus & B
excursus . 1655.
14. Suerus, Gottfried : De summarissimo possessorio.
1655.
15. Suerus, Gottfried : De processus ordine in foro
praesertim Saxonico observando . 1655.
16. Ziegler, Karper : De Tigas juncto . 1655
17. Coschius de Peflinover, Henricus : De materia
juris non scripti . 1656
18. Coschius de Peflinover, Henricus : De gerada .
1656.
19. Coschius de Peflinover, Henricus : De paeris Dis.
1656.

20. Coeclius, Henricus: Tractatus juridica. Lunde. C.
 Ne quis in sua causa judicet, vel sibi jus dicat.
 1656.
21. Inerus, Gensfried: De injuriis. 1656.
22. Inerus, Gensfried: De emptione venditione.
 1656.
23. Nerges, Frackin: De vicariis Romanis. Germa-
 nici imperii. 1657.
24. Inerus, Gensfried: De vicariis imperii 1657.
25. Inerus, Gensfried: Discursum hunc juridicum tex-
 tus in Dig. de fidelibus, leg. 1. pr. de abbatibus
 et action. Resolutionum. 1657 ^{publico examini submittit}
 1657.
26. Inerus, Gensfried: Constitutio Imperatoris Fide-
 rici in Authent. habitata. Cod. de filiis pro Pa-
 tre. Disputanda excusa ad. ... Gabrielum Vog-
 lium. 1657. 1658 2^a impr.
27. Ziegler, Kaspar: De fidejussoribus. 1657.
28. Ziegler, Kaspar: De donationibus. 1657.


29. Horn, Joh. ^{Friedr.} Georg: ... Dominium Supereminens
 Disquisitioni publicae sistunt. . . . 1658.
30. Horn, Joh. Friedr.: De causa Majestatis.
 1658.
31. Klengel, Christian: Antibodini juridici Prodr-
 mus. 1658.
32. Klengel, Christian: Lexis juridicus sive de
 jure ~~et~~ limitum dissertatio. 1658.
33. Lederer, Michael: De emptionibus. 1658.
34. Leisner, Wilhelm: De proprietate rerum.
 1658.
35. Lysen, Christian: De jure legum. 1658.
36. Neger, Joachim: De plurium circa annos
 debitoris bona concurrentium creditorum
 iuribus. 1658.
37. Suerus, Gottfried: De acquisitione feudi
 per investituram. 1658.
38. Suerus, Gottfried: Dissertationem pro Defensione
 Libertatis ac Religionis . . . publico examini ex-
 posit. 1658.


39. Ziegler, Kasper: *De imperio mere, mixto et juris -
dictione* 1658.

40. Ziegler, Kasper: *De Tempore Legali* 1658.

[Faint, illegible handwriting in a cursive script, possibly a list or index.]







20

528

DEO OPTIMO MAXIMO FORTUNANTE
CONSENTIENTE

Magnifico & Nobilissimo JCto-

rum Ordine in Illustrissima Leucorea

PRÆSIDE

VIRO

Nobilissimo, Amplissimo, Consultissimo

DN. HENRICO COSELIO

de Pezlinovez, JCto & Antecessore famigeratissi-
mo, Curia Electoralis Scabinatus & Facultatis Juridicae

Affessore gravissimo

Præceptore, Patrono, & Promotore suo ætatem

deveniendo

Ex Materia

JURIS NON SCRI-

PTI POSITIONES

Consuetudo

Add. Maji

horis antemeridianis

In Auditorio JCtorum

Publicè defendet

CHRISTIANUS ADOLPHUS BALDUINUS

Nobil. Cor. Cæs. P.

AUTOR.

WITTEBERGÆ

Typis JOHANNIS RÖHNERI Academ. Typogr.

ANNO MDC LVI.

17

1656

17

C

558

50

DEO OPTIMO MAXIMO FORTUNANTE
CONSISTENTE

Magnifico & Nobilissimo

Illustri Ordine Illustri

Nobilissimo, Amplissimo, Consularissimo

DN. HENRICO COSSELIO

de Eximio, Illustri & Antiquissimo

Illustri Curia Electorali

Alloquio gravissimo

Præceptore, Patrono, & Promotore

JURIS NON SECR.

ET POSITIONES

in

in

Publico

CHRISTIANUS ADOLPHUS BALDWINUS

Nobil. Col. Col.

AUTOR.

WITTEBERG

Typis JOHANNIS ROBERTI

ANNO MDCCLXV

6





PROOEMIUM.

SI juxta Catullianum
illud:

*Turpe est, difficiles habere nugas,
Et stultus labor est ineptiarum.*

SI etiam juxta præscriptum J. Cri. Pauli *in l. 25. Spr. ff. de liber. leg.* in jure Civili non quæ raro & infrequenter contingunt, sed quæ quotidiana sunt, discuti & plenius attingi merentur. Jam verò Seculum hocce nullo unquam tempore *Consuetudinis s. Juris non scripti* (materiæ difficilis & in praxi quotidianæ) indagationem utiliore[m] fuisse liquidè demonstrat. Etenim in delira hac & effœta mundi senecta, cum vitia latè cumulatim sint obvia, tamen in nullo magis peccari, quam in Consuetudine legitime tam inducenda, quam probanda, quod crimen haud postremum, videmus. Quisquis malè cupit vicino, nonnè solet prætere con-
trariam hujusvel istius rei Consuetudinem? Sub-
diti à Superioribus, ut plurimum consuetudinis

A 1

præ-

prætextu, ad servitia impelluntur, quod ipsum non minimam litigandi causam successoribus prædecessorum suorum præbere assolet, plenis buccis proavorum introductas Consuetudines deprædicantes: cum tamen, quando postremum ad veritatem perventum est, nihil absurdius esse possit, quàm tali, vel alio genere & modo ejus introductionem & approbationem demonstrare. Ideoq; hanc frequentem ac cum singulari utilitate conjunctam *Consuetudinis s. Juris non scripti* materiam paulò altius rimari operæ præmium duxi. Cùm autem universa tum demum benè & competenter gerantur, si rei principium fiat decens & amabile Deo, *Nov. 6. in præf. Igitur & nos juxta c. non observetis. 16. in fin. caus. 26. q. 7.* secuti exemplum sacratissimi nostri Imp. Justin. *in rubr. proæm. Inst. § 1. 2. C. de off. præf. præf. Afr.* invocato prius Nomine Domini nostri *Jesu Christi* Disputationem nostram exordimur.

Positio I.

Consuetudo^(a) est Jus^(b) non scriptum^(c) quod usus^(d) approbavit.^(e)

^(a) Mis

(a) Misſis hinc nimis ſubtilibus & inutilibus Interpretum quorundam de voce *Conſuetudinis, Morum & Juris nonſcripti* diſtinctionibus à *Treatlero D. r. lb. 9.* remiſſivè & obiter delibatis. Namq; *Conſuetudo* inveterata vel diuturna vel mos diuturnus & *Jus nonſcriptum* hinc *ἰοδὺν ἀμῆντα* l. 32. & ſeqq. ff. de ll. & §. 9. *Inſt. b.* & alteram *Juris Civilis* ſpeciem *Juri ſcripto*, univerſim ſumpto, contradinctionem conſtituunt.

(b) §. 9. *Inſt. de J. N. G. & C.* *Conſuetudo* dicitur *Jus*, quia inter *Genera Juris* connumeratur: ejuſq; eadem vis eſt & poteſtas, quæ legis, id eſt, ſcripti *Juris*. Nihil quippe intereſt, ſuffragio populus voluntatem ſuam declaret; quod ſit in *Jure ſcripto*; an rebus iſtis & factis: quod ſit in *Jure non ſcripto*. d. l. 32. §. 1. & 4. *legib. ſeqq. ff. d. t.*

(c) Reſpectu inſitii, quod inhabile ſit per ſcripturam introduci. Nam introductum in ſcripturam redigi poteſt, vel memoria, vel faciliſoris probationis gratia, idq; ſalvâ naturâ ſuâ. Vocatur & *nonſcriptam*, quod nihil aliud eſt, quàm quod nullo expreſſo, ſed tacito quodam populi conſenſu eſt inductum, qui conſenſus primum introducendæ conſuetudinis Requiſitum vocatur. *Vult. ad §. 3. Inſt. de J. N. G. & C. Gail. l. 2. Obſ. 31.*

(d) Non enim ut *lex*, ſic & *Conſuetudo* ſtatim naſcitur, ſed demum per longævum uſum (qui nihil aliud ſignificat quàm actiones & facta populi *arg. d. l. 32. ff. de ll.*) quo ſenſim & paulatim in animis hominum radices egerit, habitusq; naturam induerit, tacitè approbata, tenaciterq; obſervata, ſuam perfectionem & formam adſequitur.

(e) Connivente videlicet ipſo Principe, *arg. l. 1. & l. ult. C. de ll. l. 32. pr. & §. 1. ff. eod. t. Time. Fab. d. D. 3. lb. 7. LudVell. diſp. t. in Inſt. jur. theſ. 14.*

Positio II.

Actuum Frequentia ad introducendam Conſuetudinem eſt perquam neceſſaria.

A 3

Hæc

Hæc Actuum Frequentia est alterum Requiratum introdu-
cendæ Consuetudinis, debet autem esse Frequentia Actuum ejus-
dem naturæ, id est similium & homogeneorum, & notiorum,
sine quibus induci nequit *l. 1. C. que sit longa consuetudo. l. 3. C. de
edific. privat.* An verò etiam Judiciales actus requirantur? verior
apparet illorum opinio, qui asserunt, nullam distinctionem
actuum, sive sint illi judiciales, sive extrajudiciales, observanda
esse, generaliter enim requiritur tacitus consensus, *l. de quib. 32.
S. 1. & l. 35. ff. de ll. in iis verò, quæ solo consensu inducuntur,
Judicis præsentia non est opus. l. 28. C. de Transact.* Deinde ver-
bis expressis Jctus Callistratus in *l. nam Imp. 38. ff. de ll.* Consue-
tudinem separat à rebus judicatis, & hanc opinionem prolixè
defendunt *Donell. lib. 1. com. c. 10. ad S. 9. Inst. de I. N. G. & C. Schnei-
devv. n. 6. Speckhan. Cent. 1. q. 73. n. 39.* & observantiam imperialem
demonstrat *Gail. lib. 2. observ. 31. n. 8. Ad l. 34. ff. de ll. ex ore Coras.
Resp. quod illa Lex solummodò consilij mentem habeat: videli-
cet melius esse, si consuetudo induci debeat, actibus id fieri judi-
cialibus. l. d. 38. & 34. ff. de ll. Ves. in c. ff. de ll. n. 10.* qui tamen si
desint, aut haberi planè non possint, ipsam consuetudinis intro-
ductionem non intervertunt. Aut *Resp. secundò cum Fabro ex
suis rationibus ad hanc l. actus judiciales requiri, quando lis est
de probanda Consuetudine, non verò si controversetur de in-
troducenda.*

Huc pertinet, quod contractus, nummorum æstimationem
& significationem verborum, ex communi hominum usu con-
trahendi, expendendi, loquendiq; consuetudine judicamus.
Quinimò ex actibus extrajudicialibus etiam inutilibus consuetu-
dinem induci posse tradunt *Coras. part. 2. cap. 19. circa fin. d. Jur.
Civ. in art. redig. vide Siehard. ad rubr. C. que sit longa Consuetudo
p. 22. Arum. disp. 1. thes. 20. Donell. 1. comm. 10. Cujas. 20. Obs. 1.*

Positio III.

Quot Actus ad introdu-
cendam Consuetudinem re-
qui-

quiruntur in Jure decisum
haud est.

Interpretes quidam Institutionum ad § sine scripto. q. de J.
N. G. & C. ut Pultei n. 8. Myns n. 6. & Meleb. Kling. n. 4. item Gail.
l. 2. obs. 31. n. 7. hanc in opinione verstantur, quod duobus actibus in-
duci possit Consuetudo, sed hanc opinio Juris textibus contra-
riatur; dicit enim Imper. Alexander in l. 1. C. quæ sit long. Consuet.
item in l. 3. C. de adific. privat. quod in consuetudine requiratur, ut
frequenter ita fuerit observatum, jam quod uno vel altero actu
factum est, frequenter esse factum, ex nulla lege, sive ratione le-
gis probari poterit; proinde communi Dd. Opinioe conclu-
dendum esse judicamus, non semper ex duobus actibus consue-
tudinem probari, sed hoc discreti judicis arbitrio relinquendum
esse, qui circumspectè definiet & judicabit, quot actus, & quot
exempla necessaria sint, ut ex eo quod frequenter factum est,
consuetudo confirmata dici queat. Hujusq; sententiæ ratio fa-
cilis est: quia, quoties aliquid jure non satis reperitur definitum,
recurritur ad judicantis arbitrium. l. 1. §. ult. ff. de jur. deliber. l. 32.
ff. de usur. l. 137. §. 2. ff. de Verb. Oblig. Cum ergò in jure nostro ex-
pressum non sit, quot actus ad inducendam consuetudinem ne-
cessarij sint, Judicis arbitrio id erit committendum. Schneideuv.
hic num. 6. Heigius num. 11. Harprecht. num. 30. Jacob Menoch. de arb.
jud. quest. lib. 2. Cent. 2. Cas. 81. n. 4. Arum. Exercitat. Just. 1. Thes. 20.
Mascard. de prob. volum. 1. Conclus. 424. n. 15. & 18.

Positio IV.

Tempus introducendæ Con-
suetudinis Judicis arbitrio re-
linquendum existimamus.

Tertium Consuetudinis introducendæ Requisitum est usus
diuturnus vel præscriptio legitima l. 33. & l. 35. ff. de LL. Quia
verò

verò Præscriptio in Jure nostro civili multiplex est, multiplices etiam & multum discrepantes de Præscriptione, ad Consuetudinem invehendam necessaria, Dd. fovent opiniones. Sunt enim qui decennium requirunt ex *l. 33. ff. de LL.* diuturnum siquidem dicitur, quod per longum tempus stetit, id est, per decennium. *l. si quis diutur. 10. ff. si servit. vindic. l. si cum. 16. §. Aristo. ff. qui & à quibus man.* Alij tempus immemoriale ex *l. 3. §. ductus aqu. quot. & estiv.* Sed quia deficit Jus hac in parte determinativè scriptum, quo deficiente, nec nostrum erit pro lubitu aliquid confingere & exstruere: relinquimus itaq; & hoc Judicis discretioni, *juxta l. 1. ff. de jur. deliber.* qui ut vir diligens & probus (pro eo autem semper est præsumptio) juxta rei qualitates circumspicere poterit æstimare, an multum temporis sit decursum, ut sat virium habeat consuetudo. Itaq; si apparet rem esse levem, nec magni momenti, minori tempore: si verò gravem & maximi præjudicij, longiori tempore consuetudinem poterit determinare.

Nobis itaq; non arridet *tempus decennale* quamvis id longum hinc inde dicatur, quoniam id perpetuum non est, sed longum & diuturnum verificatur etiam in 30. vel 40. annorum spacio. uti constat ex *l. 2. & 3. C. de prescr. 30. vel 40. annor.* ideoq; verba illa pro rei, cui dictiones diuturnum & longum adjiciuntur, qualitate, modò longius, modò brevius inducunt tempus. Nec *triginta vel quadraginta annorum tempus* hic aliquid operatur: præterquam enim quod id sufficiat in præscriptione & usucapione, non tamen trahendum est ad consequentiam, scilicet: quod æquè valeat in inducenda consuetudine: præsertim cum ratio diversitatis possit dari inter jus publicum, cujus est Consuetudo, & privatum, cujus est Præscriptio. Centum anni, aut *immemoriale tempus* etiam non definite desideratur, etiam si longæva dicatur consuetudo & inveterata: notum namq; est, quod non solum prædictis istis nominibus appelletur Consuetudo, sed & infinitis alijs. vide *Resolut. jur. civ. Hunnij lib. quest. 24. Speckhan. Cent. 1. qv. 23.* Secus autem est de Jure Saxon. *per textum in Landrecht lib. 1. art. 29. & artic. 38.* in quo dicitur, quod ad introducendam Consuetudinem requirantur 31. anni 6. hebdomadz & 3. dies vulgo 30. Japri

30. Jahr/ Jahr und Tag sicuti videre licet ex Zang. in tr. de excep.
p. 3. c. 10. n. 183. Magnif. Carpz. in Jurispr. For. Rom. Sax. ad part 2.
Const. 3. Def. 21. Et ita quotidie pronunciari ait Schneid, ad tit. Inst. de
Jur. N. G. & C. S. ex non scripto num. 5. in fine. adde VVesenb. par. tit.
de LL. n. 8. lit. O. Fachs. in diff. jur. Civ. & Saxon. differ. 12.

Positio V.

Consuetudinis Præscriptio
debet esse continuata non in-
terrupta.

Non sufficit in genere & cum suis requisitis consuetudinem
probari, sed etiam bene notandum, quod consuetudo præscri-
ptione aliter non inducatur, nisi præscriptio sit continuata, non
interrupta, cum ad valorem consuetudinis requiratur, sit legiti-
mè præscripta: qualis dici non potest, si, antequam sit perfecta,
intervenerit actus contrarius, qui populi consensum facit vacil-
lare, argumento præscriptionis, quæ interruptitur actu contra-
rio. Quin imò quod unicus actus contrarius vel difformis ante
completam præscriptionem incidens perfectionem ejus impe-
diat generaliter quoad omnes actus. Bald: in l. 32. ff. de ll. n. 36. &
n. 91. ubi dicit, quod unicus actus difformis consuetudinem præ-
scribendam interrumpat, etiam si ante mille alij actus celebrati
fuerint. vide Magnif. Carpz. ad part: 2. const. 3. def. 22. n. 6. Matth:
Coler. de process. execut. p. 1. cap. 3. n. 34. vers: tertio articulabit. Cla-
ris: Henr: Zoes: ad ff. tit. 3. lib. 1. Burger. observ: 46. cent: 4.

Positio VI.

Principis approbatio ad
Consuetudinem generalem
introducendam & firman-
dam

B

dam

dam non requiritur, nisi populus ipsi planè sit subjectus.

I. Quia id non patitur consuetudinis natura & specifica differentia, quæ vult, ut iudicio & consensu solummodò tacito, ex rebus factisq; nullo auctore certo prorepente sit orta: cum è contra ad ll. foundationem Principis & Superioris certissima scientia, populiq; suffragium expressum requiritur. l. 32. ff. de ll. §. ex non scripto Inst. de J. N. G. & C. l. jus civile ff. de J. & J. l. 8. & l. 9. C. de ll.

II. Quia id impossibile videtur in hoc passu, cum consuetudinis author ut plurimum ignoratur, ut & consuetudinis origo. Alex. cons. 6. incip. viso themat. & dubijs n. 4. ibi. verior tamen & magis communis & c. lib. 1. ubi hanc sententiam etiam magis communem appellat.

III. Deniq; requisitio est inutilis. Oportet namq; inveteratam esse consuetudinem temporis diuturnitate, ut juris obtineat auctoritatem; *tex. in c. cum tanto, in fin. X. de consuet. ut & in l. diuturna 33. ff. de ll. junct. a l. 1. §. fin. ff. de aqu. & aqu. plu. ar. cend.* Ipso etiam tempore diuturno Principis auctoritate consuetudo firmata esse videtur, vel ad minimum ejus consensum non defuisse, sufficit enim, si Princeps non contradicat. Et alias par virtus est taciti & expressi *tex. est in l. 32. in fino. ff. de ll. l. 3. ff. si cert. petat. in l. 94. ff. de V. O. VVes. in w. ff. n. 9. vers. consuetudinem, post Barthol. vid. Schrader. in §. ex non scripto 9. n. 7. ibi, cæterum hic consensus populi & c. cum aliquot seqq. Inst. de J. N. G. & C. Petr. Greg. Tholosan. in Syntagm. Jur. Univers. lib. 40. Bernard. Gravæ Pract. Concl. & Confid. lib. 2. Concl. 31.*

Positio VII.

Consuetudo, Observantia
& Stylus Curiaë inter se differunt.

Nos

Nos quidem non fugit, observantia vocabulum frequenter pro consuetudine sumi, penitus tamen re inspecta inter se differunt, quoniam observantia frequens est ille usus, ex quo tandem jus oritur, facitque observantia tantum jus inter partes, inter reliquos vero non nisi actu primo: & nisi plures ejusmodi observantia in actum producta sint, consuetudinem quis allegare nequit. Unde a se invicem distant ut prius & posterius. Deinde prescriptio temporis & alia in probatione consuetudinis necessaria, ad observantia veritatem allegandam non requiruntur, & quod observantia prescriptione perfecta non indigeat, notabiliter post alios tradit *Menoch. conf. 49. num. 21.* & in dubio pro cautela notandum, ut potius de observantia quam consuetudine peritus advocatus libellum formet. Differunt etiam consuetudo & observantia a stylo curia, hic enim formam tantum prescribit, quemadmodum acta judiciaria & sententia recte prescribi debeant. *arg. l. 1. C. de SS. Eccles. & hoc sensu accipiendum est quod vulgo dicitur, stylum curia pro lege haberi: etsi forma ejus aliquo modo a jure scripto recedat, vide Exemplum apud Gail. 1. observ. 65. num. 7. 8.* in tantum, ut felix praxis juridica praeter juris cognitionem hoc in primis adminiculo egeat, quo nimirum diligenter consideretur, quatenus & cur aliter alijs in locis stylus curia variet. *Decian. lib. 3. conf. 69. num. 8. Zabar. Consil. 61. Cravett. conf. 942. in fin. Menoch. consil. 670. num. 31. Trentl. Vol. 1. disp. 1. §. 9. l. 6.*

Positio IIX.

Consuetudo quia facti est, propterea etiam probanda.

Consuetudinem esse Juris ex §. 9. *Inst. de J. N. G. & C. & ex l. 32. ff. de ll. satis apparet. de quo Gail. 1. Obs. 36. n. 13. Raucbb. part. 1. qv. 36. num. 13.* Jura vero non probantur, sed allegantur, uti tritum Jctorum brocardicum est, proinde concludendum videtur, neque consuetudinem esse probandam; Sed verior est illa Dd. sententia, quod omnino consuetudo debeat probari. In se enim consuetudo considerata est quidem juris, sed an hic an illic ea sit consuetudo, est questio facti: itemque actus, ex quibus inducitur

consuetudo, sunt facti l. 3 2. ff. de ll. Et ideo hi actus probari debent
 siue debet probari, hic vel illic eam consuetudinem esse, quæ alle-
 gatur. *Mynsing. Respons. 13. n. 6. & hoc est quod asseritur in cap. 1. Extr.
 de consuet. Consuetudinem esse facti, vide post Menoch. consil. 37. n.
 92. cons. 8. num. 16. cons. 75. n. 60. cons. 54. n. 37. Wesenb. in w. ff. de ll. n. fin.
 & Ernest. Cothm. volum. 1. Respons. 13. n. 74. & seqq. Magnif. Carpzov.
 in Jurispr. for. rom. Sax. ad part. 2. Const. 3. def. 22. Rauchbar. par. 3.
 quest. 34. n. 83. Hinc per assertionem Doctoris excellentis Consue-
 tudo non probatur (1) quia Imperator Constantinus in l. 9. §. 1. C.
 d. testib. expressè sanxit, quod unius omnino testis responsio non
 debeat audiri, etiamsi præclaræ curiæ honore præfulgeat. Sic
 enim *J. Crus Paulus in l. Maritus. 20. ff. d. quest. trib. vicib. repetit,*
 non oportere unius hominis testimonium admitti. (2) per l. 79.
 §. 1. de iudic. Ex qua lege optimum deduci potest argumentum,
 dicitur enim ibi, quod præsides de jure dubitantibus respondere
 soleant, de facto verò consulentibus non debent præsides consi-
 lium dare: ratio est, quia ea quæ juris sunt sciri possunt & debent;
 quæ verò facti, illa etiam prudentissimos fallunt l. 2. ff. de Jur. &
 facti ignorantia. At consuetudo est facti (ut supra dictum) E.
 uni Doctori de consuetudine respondentis, nisi eam prober, fides
 haberi nequit. (3) quia simpliciter dicitur, quod consuetudo de-
 beat probari. l. 1. C. que sit long. consv. l. 3. C. de adif. priv. Quando
 autem Doctor quispiam asserit consuetudinem ita esse, tunc
 illam non probat. (4) Quia toti collegio de patriæ suæ statuto-
 rum vel consuetudinis interpretatione & vero intellectu sub si-
 gillo attestanti & fidem facienti saltem præsumptivè creditur.
*Socin. cons. 188. n. 2. lib. 2. E. nec uni Doctori. (5) Consuetudo sæ-
 pissimè variatur & modo est allegando nigra inquit Hostiensis in
 pr. sue summæ. Placet hæc opinio Mynsing. 6. obser. 68. Zas. in l. 23.
 n. 47. & seq. d. leg. Treutl. vol. 1. disp. 8. th. 9. lit. H. Gilhaus: Arb. Jud.
 Crim. cap. 5. Ramusc. 3. de Except. Coras. 2. de art. Jur. c. 20.**

Positio IX.

Absurdum non est quod
 Consuetudo tollat legem.

Quia

Quia juris pars est & species §. 3. *Inst. de J. N. G. & C.* ac proinde vera & perspicua decisio est, quod possit etiam legem scriptam abrogare, quicquid enim de genere dicitur, illud etiam verum est de qualibet ejus specie sub genere contenta, atqui de toto jure affirmatur quod posterior lex abrogare possit priorem *l. ult. ff. de constit. Princ. E.* Deinde Justinianus in §. 11. *Institut. de J. N. G. & C.* item *J. C. Iulianus in l. 32. ff. de ll. verbis expressis* hoc affirmant, inqvientes, quod mutantur & abrogentur leges tacito populi consensu, per quem consensum tacitum nihil aliud quam consuetudinem, sive jus consuetudinarium intelligendum esse nemo negabit. Vehementer quidem obstare videtur *l. 2. C. que sit long. consuet.* pro cuius legis explicatione permultos Aucthores allegat Harprectus ad §. 4. *Inst. de J. N. G. & C. n. 50.* jubens lectorem de vera & reali solutione cogitare, se enim nihil boni ad presens in promptu habere; sed quando mentem legis inspicimus fundata responsio satis occurrit. *Aruma: Exercit. 1. tb. 22. Bronch. cent. 1. adf. 9. Adde Duaren. libr. 2. Disp. anniv. 32. Donell. lib. 1. Comm. c. 10. Cujac. 2. feud. 1. Costal. ad l. 32. Conan. cap. 10. num. 9. per l. 37. de LL. Greg. Lopez. 1. animad. 5.*

Positio X.

Mala Consuetudo à poena non excusat.

Eodem fundamento probatur etiam, quod semper rationabilitas ad consuetudinem (ut quartum ejus requisitum) requiratur, de omnibus enim legibus asseritur, quod, si ratione destituantur, non sint leges dicendæ *l. 14. ff. de LL. Nov. 134. c. 1. vers. male enim &c.* Proinde etiam de consuetudine, quo argumento utitur *Treut. vol. 1. disp. 1. Thes. 4. l. B.* asserens, requiri: daß es eine gute oder vernünftige Gewonheit sey; Imò verbis expressis hoc ad consuetudinem accommodat *J. C. Iulius Celsus in l. 39. ff. de LL.* ideò irrationabiles & malæ consuetudines hodiè reprobantur, & à poena non excusant. Nullo namq;

namq; consuetudo, quantumvis antiquissima, hominumq; ex-
cedens memoriam, detrahit quicquam pietati, legibus divinis &
rectæ rationi, sed potius facit, ut poena aggravetur, cum tanto
graviora semper sint peccata, quanto diutius infelicem detinue-
runt animam. *C. cum tanto X. de consuet.* Uti Imperator in Nov:
77. poenâ dignos esse dicit, qui blasphemantur, ponderando pro-
cul dubio illud Hesiodi *quod sæpè malè malefacta viri luat urbs
quog; tota.* Hinc etiam rectissime sancitum est in der peinlichen
halsg. ordn: art. von mißbräuchen und bösen unvernünftigen ge-
wohnheiten/ so an etlichen Orten gehalten werden. ibi und die und
dergleichen Gewohnheiten wollen Wir/ daß eine idroede Obrigkeit
abschaffen und daran seyn soll/ daß sie hinfürder nicht geübet/ ge-
braucher oder gehalten werden &c. Unde non valent statuta
Collegiorum opificum, quibus prohibent, ne quod unus coepit
alter perficiat, daß was einer aus den Zunftgenossen zu arbeiten
angefangen/ oder zugeschnitten/ der ander nicht aus machen dürffel
per l. un. C. de monopol. prout etiam ita responsum meminit *Dan.
Moll. lib. 2. semest. c. 15. n. 1.* licet teste eodem malè apud nos id à ple-
risq; observetur, qui magis inveteratâ, quamvis perversâ Con-
suetudine, quàm legibus scriptis se tuentur. Uti nec illud pro-
bandum, quo statuitur, ne quis majori vel minori pretio ven-
dat quàm alter, daß einer seine gemachte Arbeit oder werck in feilem
Kauff nicht mehr oder weniger verkauffen soll/ denn der ander *per d.
l. un. & Ordin. Polit. Caroli V. Imp. in Comitijs Augustanis de Anno
1548, quam Rudolphus II. in comitijs Francofurtanis de Anno 1577.
confirmavit rub.* von den Handwercken in gemein. Quemadmo-
dum & illud Mechanicorum statutum improbatum est, quo di-
sponunt ne quorundam certorum Opificum filij, ut textorum
&c: in Collegia & publicas functiones recipiantur. *per d. Ordina-
mat. polit. Caroli V. & Rudolphi II. rubr.* von den Handwercks Söh-
nen/ Gesellen/ Knechten und Lehr Knaben. *Georg. Schulgens Synops.
Insti. tit. 1. lit. b. De supradietis vide Magnif. Carpz. in Jurisprud.
for. Rom. Sax. ad p. 4. c. 9. d. 6. n. 11. & 12. Treusler. hic. Ans. Gabr. 6.
comm. opin. tit. de consuet. conclus: 4. num. 27. Prosp. Farinac. p. 1. tit. de
delict. & poen. q. 20. num. 44. & 45.*

Post.

Positio XI.

Consuetudinario Juri an-
numeramus Jus Canonicum.

De Juris Canonici authoritate constat, quod planè in Im-
perio Romano apud nos & in reformatis Ecclesijs nullam, nisi
consuetudinarij Juris authoritatem habeat, per omnia enim
& in omnibus ipsi definitio Juris consuetudinarij competit, non
enim utimur jure Pontificio, & tanquam à Papa profecto; sed
tanquam jure nostro, ut quod nostrum factum sit approbatio-
ne Principum nostrorum, proinde sic argumentamur; Quod-
cunq; Jus ex sola approbatione & tacito consensu proficiscitur,
illud est Jus Consuetudinarium, Atqui Jus Canonicum ex sola
approbatione proficiscitur. E

Major est Juris Consuetudinarij definitio ex §. 9. Inst. de J.
N. G. & C. Minoris evidentia satis apparet ex experientia & prin-
cipio Juris, quod nimirum nullus possit Leges condere, nisi ille,
qui habeat potestatem, jam legimus quidem in §. 6. Inst. de J. N.
G. & C. quod populus Romanus omne Imperium suum & pote-
statem in Principem, hoc est Imperatorem transtulerit, sed ex
nullo verbulo textus alicujus poterit probari, quod in Pontifi-
cem Romanum transtulerit, proinde in effato Magni Jcti Eber-
hardi à Weihe (*quod habet in oratione; An Jus Canonicum in foro
fidelium doceri & observari possit.*) persistendum esse judicamus,
dicentis; Cùm tacito Imperatorum, Electorum, Principum &
Ordinum consensu sint libri Canonici recepti & approbati, il-
los rescriptis Jurisperitorum Romanorum conjungendos &
preferendos esse existimo. Et cùm occurrant multa impia,
superstitiosa legenti, nonnulla, quæ palam jubent colere idola,
præcipiunt invocationem mortuorum & statuarum, arcolatri-
am ac onera, quæ sine peccato non possunt sustineri: ista & si-
milia sunt legenda, non ut teneantur, sed repudiantur, præcla-
rum enim illud & planè divinum: Omnia probate, quod bo-
num est, tenete. *Hæc ille.* Neque distinctionem illam accipien-
dam

nam existimamus, quã distingvere quidam volunt, inter Eccle-
siasticas & seculares, quòd Pontifex Romanus in Ecclesiasticis,
sed non in secularibus leges condendi potestatem habeat. Hoc
enim quidem proferunt, sed non probant, imò contra jus divi-
num asserere videntur illi, qui dicunt in Imperio Papam habe-
re potestatem in rebus Ecclesiasticis leges condendi, sic enim inquit
Christus *Matth. 22. v. 22.* Date Cæsari, quæ sunt Cæsaris, & Deo
quæ sunt Dei. Jam quicumq; attribuit Papæ, quod debetur
Cæsari, non dat Cæsari, quæ sunt Cæsaris; atq; illi, qui dicunt
Papam habere jurisdictionem in rebus Ecclesiasticis dant Papæ,
quæ sunt Cæsaris, E. Minoris probatio perspicua est, quaeritur
enim, quo titulo, quo jure Pontifex habeat hanc potestatem?
sanè nullo, omnem enim potestatem in Imperio Pontifici nega-
mus, quia nihil commune habet cum Imperio Romano, adeo-
que & Imperatori Comitia convocare & in ijs cum Statibus Im-
perij, Pontifice insalutato, de Bona publico concludere & de-
liberare licet. *Thom. Mich. de jurisdic. conclus. 2. § 3. David. Pare. in
er. de Jure Regio &c.*

Et si ulla potestas Pontifici jure divino in Reges ac Princi-
pes competeret, utique hanc in Reges quoq; orientales haberet,
cum de nulla constet exceptione. At hoc ipsum est contra
ralem Constantini, in qua Imperium orientale Constantinus
Petiuit, cujus tamen autoritas apud Pontificios magna existit,
*Georg. Sigisim. Seld. Vicecancell. Imper. in consil. ad Imper. Ferdin. I.
von ihrer Keyf. Maj. Wahl und Kröhnung.* Si quoq; respicia-
mus ad originem hujus potestatis, fuit certè dignitas imperato-
ria & Majestas, antequam Papatus esset in rerum natura, quia
Imperator Julius ante Christum vixit & Christus sub Cæsare Au-
gusto natus, sub Tiberio passus est, cujus successor fuit Cæsar
Caligula: Et demum secundo Anno Claudij Cæsaris, Papa-
tus coepit. A quonam ergò Imperatores illi potestatem suam
acceperunt? Qui tamen legitimi fuerunt, adeò ut etiam Au-
gusto Christus dederit vectigal. Deinde expeditum est vel ex hoc
ipso Capitulationis membro, Imperatorem esse Pontificij Pro-
tectorem. Atqui, ut protectio per se nullam jurisdictionem
tribuit protectori in protegendum, nisi jus territorij concurrat:
Ita

Ita vicissim nulla juris ratio patitur, ut protectorius superior sit suo protectore, in cujus territorio situs est, ut Papa in Romani Imperij territorio. Paul. Busius *lib. 1. d. Republ. cap. 5.* Claud. Falce- tus *com. 2. antiq. gallic. lib. 1. cap. 4. & cap. 9.* Henric. Bocer. *in tract. de crim. Majest. cap. 1. n. 18.* Addit Melch. Goldast. de Regno Bo- hem. *lib. 3. cap. 13. n. 7. pag. 364.* & hanc rationem: Si Papa haberet temporale dominium in universalitate Imperij, haud certè ne- gari posset, quin haberet quoq; concurrentem cum Imperato- re jurisdictionem civilem in Regnis & Provincijs Imperij. At noluit Clemens V. Papa cognitionem de Parricidio Johannis Austriae Ducis & partium Moraviae Domini, in Albertum I. Ca- sare, patrum suum, commisso recipere, sed eam ad Henricum VII. Imperatorem remisit, ut testatur Bernard. Girardus. *in hi- stor. franc. tom. 2. lib. 13. fol. 14.* & Christoph. Besold. *in dissertat. de majest. sect. 1. cap. 5. n. 6.* Patet hinc quod, quia summa in mundo potestas Pontifici denegatur, neq; Jus Canonicum, à Papa pro- fectum, scriptum Jus esse posse, sed in nostro foro semper pro Consuetudinario haberi. vide Bened. Carpz. *Comment. in leg. Reg. cap. 2. sect. 6.* Liebenthal *Coll. polit. exerc. 7. tb. 17.*

Positio XII.

**Jus Saxonicum potius Con-
suetudinarium quàm scri-
ptum Jus est.**

Quia Jus Saxonicum initio moribus introductum postea per virum privatae auctoritatis collectum ac tandem à Carolo Magno, uti *Glossaror. speculi Saxonici & andrecht lib. 3. art. 82.* testa- tur, confirmatum & approbatum est, merito concluditur, quod sit Jus Consuetudinarium; Competit enim ipsi Definitio Juris

C

Con-

Consuetudinarij, sicut in præcedentis Positionis resolutione fu-
it ostentum, & prolixè de hujus origine scripsit *Matth. Color. in*
Orat. de Orig. Jur. Sax. & Heig. p. 1. q. 8. per tot. Sicque communi-
ter ab Interpretibus assertitur: quod inter Jura Consuetudinaria
in Imperio Romano Germanico hodiè Principem facillè locum
obrineant Consuetudines Juris Saxonici, *Eberhard. Speckhan*
in Synopt. Exeges. Jur. Cas. pag. 1. Ac proinde fallere eos ait *Hartm.*
Pistor. lib. 1. q. 16. num. 11. qui cognitionem hujus Juris magis ex
verbis, quàm ex usu parare student. Hinc multa quæ jure Sa-
xonum controversa fuerunt interpretatione dissimili, hodiè per
constitutiones Electoris Augusti, quas Novellas vocamus &
alia jura localia legimus decisa.

Positio XIII.

Juris Saxonici Observantia ab allegantibus est probanda.

Rectissimè plures Juris Saxonici Interpretes statuunt, il-
lum, qui textum aliquem ex Jure Saxonico pro se allegat, si ille
non esset Practicabilis, probare debere, illum esse usu receptum
& approbatum. *Andr. Knich. in Comment. suo de Saxon. non*
provoc. jur. cap. 3. n. 19. asserit quidem contrarium, eo argumen-
to, quod Lex in dubio dicatur usu recepta per *trad. à Nat. Con-*
sil. 340. n. 11. & Roland. à valle Consil. 90. num. 53. vol. 1. Sed uti dictum,
sententia hæc nobis non arridet, legem enim vel statutum
usu recepta esse facti sunt, quæ non præsumuntur, sed probari
debent *l. in bello. § facti. ff. de captiv. & postlim. revers.* Nec ad rem
facit, quod *Andr. Knich. loc. allegat. ait;* Legem in dubio, dici usu
receptam, quia hoc intelligendum, dato scilicet initio observa-
tionis: Cæterum hinc non efficitur, quod ab initio præsumi de-
beat recepta & observata, ita eleganter respondet *Jacob. Me-*
nöch.

noch: de *presumpt. lib. 2. pres. 2. n. 3. & 4. ibi sed non hinc fit, quod ab initio presumi debeat &c.* Imò ante probatam observationem Jus Saxonicum, tanquam Jus Consuetudinarium & approbatum non habet & meretur nomen legis, quia ut sit Lex, requiritur observantia sive actus, uti supra fuit ostensum, quod actus ad Consuetudinem introducendam requirantur, & in hac nostra sententia multi sunt Juris Sax: Interpp. ut Matth. Coler. *De process. executiv. in pres. Hartm. Pist. lib. 1. q. 16. &c.*

Positio XIV.

Jus Feudale etiam pertinet ad Jus non scriptum.

Supra ex §. 1. Inst. d. I. N. G. & C. ostensum fuit, jus esse duplex, scriptum & non scriptum, Quæstionis igitur est, ad quam speciem Juris Jus Feudale sit referendum, Rittersh. *in partit. feud. lib. 1. cap. 1. q. 8.* ad Jus scriptum pertinere putat; sed verior videtur illorum opinio, qui defendunt, Jus Feudale ad Jus non scriptum pertinere; primò enim Juri Feudali competit definitio Juris non scripti ex §. 9. Inst. de J. N. G. & C. quia non à summo quodam Principe introductum aut expressè sancitum est, sed à personis privatis ex longo usu, nimirum à Longobardis alijsq; Germaniæ populis, vide Guther. *Ligurinum lib. 8. & Besold. Dissert. de Orig. feud.* Deinde Consuetudines appellantur libri Feudorum *in rubrica hujus Juris.* Nec quicquam facit Rittershusij responsio, dicentis: à potiori fieri ibi denominationem; eò enim ipsò quod potior pars Juris Feudalis contineat consuetudines (quæ in Imperio Romano Juris auctoritatem habent, ex tacita approbatione Imperatoris Friderici II. qui secundum illas in judicijs judicari passus est,) nostra sententia fundatur, pauca enim Constitutiones Juri Feudali insertæ, non efficiunt ut potior pars Juris Feudalis ad Jus scriptum sit referendum.

Neq; exinde, quod Jura Feudalia hodiè typis exscripta sunt, consuetudines esse desierunt, quia hoc duntaxat memoriae & observantiae melioris causâ factum est; quo ipso Consuetudinis natura non immutatur, *l. contrahitur. 4. ff. de pignor.* Et non sola scriptura, sed autoritas publica, itemq; animus potestasq; scribentis ex Consuetudine Legem scriptam facit *Lult. C. de LL.* Inde factum, ut hodiè sint notoriae. Curt. Jun. *p. q. 1 n. 13.* Rosenth. *q. 8. n. fin.* Schrad. *p. 1. q. 1. n. 9.* Et consequenter necessum non est, ut hæc feudorum placita in judicijs allegentur, probentur; aut ut respondeatur ad positionem ex illis desumptam; nec tolerabilis censetur eorundem ignorantia, sicut hæc aliaq; similia inde non in seite colligit Schrad. *d. p. 1. q. n. 9.* Hanc nostram opinionem Connan. *lib. 1. Comment. Jur. c. 10. Clar. §. feudum. q. 3.* Schrader. *de feud. part. 1. q. 1. n. 6.* & multi alij defendunt. *And. de Iser. Bal. & Jas. in pral. feud. in 1. quest. Jac. Alvarot. & Prepos. ibi. n. 3. quest. Matth. de Afflict. in. 2. quest. Curt. in tract. feud. 1. part. princ. quest. 1. Zas. in tract. feud. part. 1. Joan. Raynau. c. 1. in princ. de prohib. feud. al. per Frid. Claud. Seysell. in Specul. feud. prope princ. Sylvan. in tract. de feud. recognitione. Virvius in commun. opin. ver. feudorum lib. Nicol. Vigel. Method. Jur. Feud. reg. 2. Henric. à Rosenthal Tractat. & Synops. tot. Jur. feud. conclus. 8. n. 4.*

Tantum.

D. T. O. M. sit laus honor & gloria.

Ad



Dn. RESPONDENTEM.

Eximium

Dn. RESPONDENTEM.



Iccine conveniunt & in unâ sed emorantur

Tam bene Musarum grata lyra atq; Themis?

Sic est : hoc monstrat BALDVINI plurima cura.

Pluribus intenta est mens generosa operis
Hactenus ingenio fervente explere satagit
Partes, quæ Vatis sunt, cecinitq; bene.
Nunc Themidos tractat leges; abstrusa revolvit,
Cumq; viris doctis bella decora gerit.
Hinc quem jam magnâ fecit Lyra laude Poëtam.
Consultum facient Jure, Pericla Dicæ.

Angustus Buchnerus P. P.
Aead. Scitor.

PRÆSES.

BA

C 3

Ad



Ad

Præstantissimum

Dn. RESPONDENTEM.

ET Themis & Musa cognato sanguine gau-
dent:

Quo Musa Jove sunt, hoc sata & ipsa
Themis.

Nec malè conveniunt Studijs, quas natio junxit:
Musa pios numeros, dat pia Jura Themis.

Dum Themis alma animos legalibus artibus im-
plet,

Clio nectareis imbuit ora favis.

Hinc plures fas est doctos numerare Poëtas,

Qui dederant pariter lumina clara foro.

Perge igitur Themidi, BALDVINE, adjun-
gere Musas:

Facundum os, doctum cor fora, curia
amant.

Augustus Buchnerus P.P.
Acad. Senior.

Ad

Ad (tit.)
Dn. BALDUINUM,

Commensalem & Amicum Ivavissimum de
Consuetudine disputantem.

Non satis est legum cultori discere quicquid
Legislatorum publica scripta ferunt.
Nam minus haut præstat quoq; Judicis an-
te tribunal
Quod consuetudo mosque vetustus ha-
bent.

Quin & inexplicitâ leges si voce loquantur,
Non rarò fieri quod documenta probant;

Mos vetus exponit dicentis sensa revelans,
Legis & interpret læpè fidelis adest. (a)

Dicitur & morem nervos incidere legi
Quandoq; & fatum constituisse suum. (b)

Hic tamen eximiâ si non ratione carebit,
Quâ sine vim nullam ritus habere potest:

Hic tamen exiguo si non quoq; tempore vixit,
Sed fuit æstates editus ante decem: (γ)

Hic tamen ante boni metuendam Judicis ur-
nam

A populo si bis terve probatus erit, (δ)

Sisti.

Sistite Castalides diffusaq; cogite frena,
Vastior hæc alias quærit arena rotas.
Hic BALDVINE tuus spumans parat ire ca-
ballus,
Sed tentat cursum spe meliore suum.
Nam viridi lauru nectens Astræa corollam
Currenti tollit iubilata tibi.

(a) l. 37. ff. de leg.

(b) l. 32. cum seq. ff. de leg. 1.

(c) In Rubr.

C. qua. sit longa

conso.


(d) l. 1. C. qua. sit

long. conso.

M. Christophorus Rhevendus
Zechlinensis Marchicus.







ULB Halle
005 826 829


3



VD17







20 528
MO FORTUNANTE
IENTE
obilissimo JCto-
trissima Leucorea
I D E
O
mo, Consultissimo
O COSELIO
ntecessore famigeratissi-
atus & Facultatis Juridicae
avisimo
Promotore suo aetatem
ando
teria
ON SCRI-
TIONES *Conspetudo*
Maji
eridianis
Ctorum
fendet
PHUS BALDUINUS
Cæs. P.
D. R.
E R G Æ
ERI Academ. Typogr.
OG LVL.

17 18
18

1656 /
17

C 2

